



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xix. De corpore vitiatis ordinandis vel non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De corp. vitiatis ordi. vel non.

Si post deposita onera, & ratiocinia redditia acta ipsorum in omnibus fuerint comprobati, & postulantur, honore ne munerantur. Ante negotiorum vel officiorum libertatem ne ordinantur.

De corpore vitiatis ordinandis vel non. Tit. 19.

6. *Expo-
suisti.* **Q**ui enormem defectum in corpore patierunt, ut si altera manu mutilus erit, ad sacros ordines ne promoueretur. Si quis, cum in abbatem promoueretur, id fraudulenter tacuerit, cum promoueri ad sacros nequeat, ab abbatis officio amoueretur.

2. *Cum de-
sua.* Alioquin si quis electus vitiatum corpus habere dicetur: superior, qui de fratrum consilio quod exinde visum fuerit exequatur, committitor. Electo ex maxima dispensatione ita prouisum esto. Quod canonici filius dicetur: pro eo in eius promotione ex dispensatione multa procedi mandator.

1. *De pres-
bytero.* Sed & cum presbytero, qui in duello a se sponte oblato & suscepto digiti partem amissit si non tantum amissit, quin sine scandalo solemniter celebrare possiet, episcopo, post peractam penitentiam, misericorditer agere, & ut in suo ministerio ordine, permittere liceto. tametsi hic excessus admodum grauis habetor.

7. *Tho-
mas.* Multo fortius cui pollicis vngula casu admitta erit, si ad eucharistiam frangendam nihilo minus in pollice potens erit, nec aliud obstat canonicum, propter deformitatem huiusmodi ad sacros ordines promoueri ne impeditor.

De digamis non ord. Tit. 20. 24

Qui autem seipso sani abscederint, vel ab aliis ^{Ex par.} abscindi adfectauerint, ad clericatus ordinem ^{te. i.} ne adcedunto. si in clero fuerint: cessanto. Si tamen ita natus, si infans in cunabulis sectus, si per hominum insidias eunuchus factus erit, si olli amputata in persecutione virilia fuerint, & dignus erit: nec in episcopum promoueri impedito.

Alioquin nemo hac via obsequium se præ- ^{4. Signi-} stare deo creduto. si quis, cū id credueret, viri- ^{ficanit.} lia sibi fecit amputari: huic authoritate sedis apo. & eius cui mandabitur, prout ipse viderit expedire, sacerdotale officium absque altaris mi- nisterio conceditor.

Quod si presbyter de consilio medici pericu- ^{5. Ex par.} lum sibi imminere videns id faciet: liberè mini- ^{te. ii.} sterij sui officium equitor, à sacri altaris admi- nistratione ne prohibetur.

De digamis non ordinandis. Tit. 20.

VT nec pœnitentes, ita nec digami, nec re- ^{1. Ut biga} pudicatarum mariti ad sacerdotium adscen- ^{mi.} dunto.

Immo qui presbyteri digami, aut viduarum ^{3. De bi-} mariti sunt, fuerunt, nec viuentibus vxoribus, ^{gamis.} nec defunctis ad diuinorum celebrationem con- tra doctrinam apostoli, & constitutiones ecclæ- siæ admittuntur.

Neque, si quis quantum in ipso fuit secundam ^{4. Nuper} mulierè, licet inutiliter, sibi matrimonio iunxe- ri: